

Q. 169. 9

X 1976153

Q. D. B. V.

Ve

842

DISPUTATIONEM JURIDICAM

De

OBLIGATIONE PA-
TRISFAMIL. IN CUJUS
ÆDIBUS INCENDIUM
ORTUM

EX

SAX. NOV. DECIS. LXXIX.

Consentiente Magnifico Jctorum Ordine

PRÆSIDE

VIRO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLEN-
TISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

DOMINO

GODOFREDO STRAUSSIO

PHILOS. ET J. U. D. ANTECESSORE WITTEB.

CELEBERRIMO, SERENISS. ELECTOR. SAXON. ET PRINCIP.

SERVEST. CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO, CURIÆ ELECTOR.

SCABINATUS ET INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ AS-

SESSORE GRAVISSIMO p. t. DECANO

SPECTABILI

DN. PRÆCEPTORE AC PROMOTORE SUO ÆTERNUM DEVENERAN-

DO, SUSPICIENDO PUBLICE DEFENDET

In Auditorio JConsultorum


Ad D. Octobr. M DC. LXXXI.

A U T O R

GEORGIUS REINECCIUS, D. S.

WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



Handwritten notes:
G. Laurentio
v. 20
die 12. Jan
Reineccius

2683



DISPUTATIONEM JURIDICAM

OBBLIGATIONE PA

TRISFAMILI IN CUIUS

EDIBUS INCENDIUM

Q. T. M.

SAX. NOV. DECIS. EXXIX

Consilium in causa

PRÆSIDIS

VIROB. HONORABILISSIMO, IMPERIALI, EXCELLEN-
TISSIMO, AC SÆCULARI

DOMINO

GODOFREDO STRASSER

PHILOS. ET ILL. D. ANTIQ. ET JUR. HONOR. ET

PROFESSOR. ET DOCT. SÆCULARI, ET

RECTORI, QUARTARIO SPLENDIDISSIMO, CURIAE

SESSORIO, GRAVISSIMO, DECANO

AC RECEPTORE AC PROMOTORE, QUARTARIO, HONOR. ET

DOCT. SÆCULARI, ENDO, SÆCULARI, DE

IN AUDITIONE CONSTITUTIONUM

AD ORD. M. D. C. LXXV.

GEORGII REINHOLDI

IN VITÆ

TYPE MATTHEI HERCKELII

Handwritten blue ink stamp or scribble, possibly containing the name 'GODOFREDO STRASSER'.

Handwritten brown ink notes or signatures at the bottom left of the page.

Fragment of text from the adjacent page on the right, including words like 'cid', 'De', 'tra', 'ten', 'tre', '&', 'ex', 'dis', 'ris', 'cau', 'tra', 'ob', 'tan', 'me', 'qv', 'cur', 'nea', 'vil', 'tan', 'igi', 'nib', 'int', 'refe', 'ma'.





I. N. 7.

§. 1.

Romanorum Rhetores (quorum certus numerus & immunitas L. 6. §. 1. & 2. ff. de Excusat.) veteres controversias solebant aut ex historiis trahere, aut ex veritate ac re, si qua forte recens accidisset & vel fictas vel judiciales proponere, Svet. de Clar. Rhetor. Deinde fastidire coeperunt consveta, diversa à forensibus causis tractare, imò ad mera nugamenta deflectere: de piratis cum catenis in littore stantibus, responsis in pestilentia datis ut virgines tres aut plures immolentur &c. declamare Petron. Arbit. in Satyr. & efficere ut adolescentuli in Scholis stultissimi fierent, quia nihil ex iis, quæ in usu habemus aut audiebant, aut videbant & vera discrimina veluti quendam solem reformidarent. Ita cum clarissimo Porcio Latroni summam in Scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda impensè petiit, ut subsellia in basilicam transferrentur. Quint. in Inst. Orat. lib. 10. c. 5. Idem scopuli obijciuntur juri operam dantibus, & non raro aurea æneis permutantur Justin. Constit. omnem §. II. Subtilia & quæ majestatem mentiuntur non semper utilia deprehenduntur, arrident mihi quotidiana & quæ ex re ipsa incidunt. Frequens vero lis circumfertur utrum Paterfam. in cujus ædibus incendium ortum teneatur resarcire damnum datum aliis. Quod rhema & Jus Civile Romanum habet & Interpretum de eo argumenta passim extant. Jus Saxonicum verò magis extricavit Dec. 79. Novissima igitur Jura sequar non neglectis antiquis & Interpretum opinionibus, pro ingenii viribus juvante Deo.

§. 2. Ne alterum lædamus ratio naturalis injungit & inter principia sicuti omnis jurisprudentiæ: ita Juris Romanæ refertur L. 10. §. 1. ff. de Just. & J. Lex enim summa societatis humanæ est sociorum sanctitas. Non factum nudum sufficit, quod est im-

▲ 2

diffe-

differentes, informatur & ad speciem redigitur animo, qui delicta distingvit & alia quoque negotia, inde in maleficiis voluntas spectatur non exitus L. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar: quam voluntatem notare solent aliàs intentione, & exitum facto. Animus hic specificans facta gradus admittit: summus ejus gradus concrevens cum malitia appellatur dolus, remissior per negligentiam vires habet & transit ad culpæ nomen. Non sanè dolus præcisè infert calliditatem uti sumitur in L. 1. §. 2. ff. de dol. mal. malum propositum quandoque sufficit, quo sciens quis & volens lædit. Dolus enim & in se habet vim, & sine vi siquid callidè admissum peragitur L. 7. §. 8. ff. de Vi bon. rapt. Modus exercendi dolum non variat rem. Culpa videtur removeri à proposito: clarissimè enim in legibus Romanis distingvuntur. L. 14. §. 2. ff. de custod. & exhibit. reor. L. 12. pr. ff. eod. L. 11. §. 2. ff. de Poen. Sed factum planè remotum ab animo non capit justitiam aut injustitiam, neque pœnæ neque actioni facit locum, & quia culpa & pœnam & actionem efficit per LL. cit. & L. 23. ff. de R. J. L. 3. §. 7. ff. commod. colligi potest animi concursus: itaq; gradus summus sibi servat absolutè denominationem non vero exclusivè. Qui dolosè agit illius intentio immediatè versatur circa malum factum, seu ille intendit immediatè malitiam; qui culposè agit, ille versatur circa officium non rectè, quo negligenter omisso damnum infertur & sic non intendit immediatè damnum datum negligentia suâ, quia verò poterat evitare negligentiam & debebat, obligatur conf. L. 121. ff. de R. J.

§. 3. Animus hic vel in suo subsistit subjecto, vel transit ad alia arctè sibi cohærentia. Voluntas mariti regit maritæ animū, patris arbitrio subsunt liberi, & servus normam actionum sortitur imperium Domini nec vagum hoc imperiū, limites habet & à jure naturali & à jure Civili, nec otiosum, est, officio tamè restringitur & versatur circa actiones eorū qui subsunt, Puffend. in Elem. Jurispr. univers. L. 1. Def. 1 §. 2. *Actionis enim humana seu moralis essentia in his tribus consistit, quorum unum est quasi materiale, alterum fundamentale, tertium formale. Materiale est motus aliquis physicus potentia physica &c. nec non privatio motus alicujus physici, quem homo vel in se vel in sua causa producere poterat. Item inclinationes po-*
sen-

*sentiarum naturalium in certa objecta &c. Ut & actus illi s. solenni-
tates &c. Neq; tantum actiones meae tali modo se se habentes possunt
esse materiale actionum mearum moralium, sed etiam hujusmodi
actiones, actionum privationes aliorum hominum, quae à voluntate
mea possunt dirigi. Imo & actiones brutorum, vegetabilium & re-
rum inanimatarum, quae sunt capaces directionis à voluntate mea
procedentis &c. & ignis voracitatem luit, qui supposuit &c. Fun-
damentale actionis moralis est ratio proaereticæ &c. Formale actionis
moralis consistit in Imputativitate §. 2 & 3. & 4. Inde laeditur alius ab
alio materialiter & formaliter simul vel tantum formaliter.*

§. 4. Ex eadem doctrina fluit quod 1. Sam. 2. Eli Pater pu-
nitus ob malitiam liberorum suorum, quam non severus coërcue-
rat pro potestate, quam Deus & natura tribuit: & quod Exod. 22.
vers. 5. ad damnum resarciendum teneatur Dominus, quod jumen-
tum dederat agro vel vineæ aliorum. Accedit Jus Romanum, quo
præsumptio contra Dominum aliumve ex malitia servi aliorum-
que certis in casibus. Dividitur enim delictum in verum & quasi
delictum pr. J. de Obl. quæ qs. ex del. ita si ex alicujus ædibus quid
dejectum est, quod alicui nocuit, non quidem ipse inhabitans
propriè delinquit, quia non concurrit ad maleficium vel damnum
intentione; sed tamen quia non censetur prospexisse & cavisse
quod prospicere & cavere debebat, ne à domesticis dejiceretur,
peccasse intelligitur & culpam eorundem præstare debet, L. 6. §.
2. ff. de his qui effud. vel dej. L. 5. §. 5. ff. de O. & A. nam culpa est
penes eum qui in habitat. L. 1. §. 4. ff. de his qui effud. l. dej. Exer-
citor navis, cauponæ a. stabuli de damno aut furto quod in navi,
caupona aut stabulo factum, quasi ex maleficio teneretur §. 3. J. de O.
quæ qs. ex del. n. eorum quorum opera ipse in exercendis navi
caupona vel stabulo utitur L. 5. §. 6. ff. de O. & A. aliquatenus
enim culpæ reus est, quod opera malorum hominum utitur per-
cit. L. 6. §. 2. cum, qui alienos adhibet, explorare oporteat cujus
fidei cujus innocentia sint L. 7. §. 4. ff. Naut. C. Stab.

§. 5. Huic læsioni sub sunt varia: vel enim persona
læditur vel bona ad personam spectantia aliaque subjecta vulne-
rando, cædendo, nimio potu, violatione sanitatis, libertatis,
existimationis, prout bona vel animi vel corporis & fortunæ sunt.

Latius enim hic accipitur principium & quatenus spectat ad personas & ad res.

§. 6. Læsioni, quæ fit incendio subsunt tam personæ quam res L. 27. §. 6. 7. & 8. ff. ad L. Aquil. Schneidevv. Inst. §. capite tertio n. 5. & fit vel proposito L. 9. ff. de Incend. vel imprudentia vel casu L. 15. §. 3. Loc. Cond. hæc vero imprudentia vel versatur circa læsionem per ignem immediatè, vel circa eam quæ fit mediântibus aliis subjectis, L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. conf. Hahn. ad parat. Wesenb. de Off. Præf. Vig. Oldenburg. tract. de 4. Elementis tit. 2. §. 4. Incendiû dolosum est, quod quis sciens prudensque excitat, & Jure Romano erat pœna capitalis, quæ pro diversitate status maleficiorum & loci modo adimebat caput naturale, modo civile. Illud variis modis adimebatur aut vivicomburio L. 9. aut objiciendo bestiis aut alia capitali pœna L. ult. ff. de Incend. Ruin. naufr. hoc deportatione in insulam conf. Schneid. ad L. Aquil. cap. 3. n. 4. 5. Jure Canonico si quis domum vel aream cujuscunque incenderit, voluntariè sublata & incensa omnia restituat & tres annos pœniteat C. si quis 6. X. de Injur. & damn. dat. add. c. tua nos 19. X. de sent. excommun. Carolus V. in Const. Crim. art. 125. ita sancit. Die böshafftigen überwundene Brenner sollen mit Feuer vom Leben zum Tode gebracht werden. Quod Jure Saxon. novo confirmatum. Const. Aug. 17. part. 4. latissimè Berl. pt. 4. Concl. 24. & Carpz. pr. Cr. p. 1. quæst. 38. Magnif. D. Martin. in Colleg. Cr. Disp. V. c. 1. sect. 1. Sed hæc in transitu: neque enim de doloso neque casuali agendum, sed de culposo, de quo Dec. Sax. 79. vid. Struv. S. J. C. Exerc. 49 th. 67. In fin. verb. Dec. 79. **Fahrlässigkeit / & durch deren Schuld / Unfleiß / Verwahrlosung und Unachtsamkeit /** quæ verba notare negligentiam & culpam puto esse extra dubium, addat: Struv. S. J. C. Exerc. 19. th. 15. Accedit quod agatur etiam de quasi delicto, cujus ratio formalis est imprudentia pr. J. de Obl. quæ qs. ex del. n. L. 6. ff. de Extraord. cog. negligentia L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. verb. *si negligens & negligenter* custodierit. Culpa §. 3. J. de Obl. quæ qs. ex del. L. 7. §. 4. ff. Naut. Caup. Stab. & in nostra
Dec.

Dec. Daher zu erstatten verbunden/weil ein ieder fromme/vorsichtige und sorgfältige Leute / umb und neben sich haben/ und umb dergleichen iederzeit mit Fleiß bewerben. *Quæ planè conveniunt cum L. 7. §. 4. ff. Naut. Caup. Stab. nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet cujus fidei ejus innocentia sint conf. L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. prestare debere si negligens in eligendis ministeriis fuit.* Culpa verò vel est vera vel præsumpta quæ in Dec. cit. efficit delictum: nam aut ipse quis culposus est, aut eidem imputatur alterius imprudentia. Es wäre dann daß das Feuer durch des Hauswirths eigene Schuld und Fahrlässigkeit entstanden/ oder er wäre seines Gesindes halben von Nachbarn oder andern gewarnt/ und hätte doch solches nicht abgeschafft. *Quæ sunt distincta in Jure Romano per §. 3. J. de Obl. quæ qs. ex del. n. verb. & aliquatenus culpæ reus est.*

§. 7. Culpa communiter dividitur in latam, levem & levissimam. Lata culpæ finis est non intelligere id, quod omnes intelligunt L. 223. ff. de V. S. Magnif. D. Martini in Colleg. Crim. Disp. V. c. I. Sect. 2. n. 2. Lata culpa est magna dissoluta negligentia, securitas & crassa, & dissoluta ignorantia. L. 29. pr. ff. Mandat. ubi ex Boecero exemplo illustratur tali: aliquis negligenter ignem vel candelam apponit straminibus, lecto, libris, vel trabem ignitam è furno tractam non extinguit, & in summâ ignem tali materiæ adhibet, quam sana ratione scire poterat igni fovendo & conflagrationi esse commodam & idoneam. In lata culpa quoque est, qui facit ignem immoderatum cum maxima quantitate lignorum, ex quibus nimis altam flammam produxit & ille hinc vagando procescit Lübl. de Incendio c. 4.

§. 8. Si quis in stipulam suam, vel spinam comburendæ ejus causa, ignem immiserit & ulterius evagatus, & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit L. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. Qr. an sit lata culpa? Oldenburg. in Itin. Jurid. de 4t. Element. tit. 2. §. 23. n. III. ex Joh. Lublero de Incend. c. 4. refert ad latam culpam factum ejus, qui tempore in congruo, ut puta flante vento, ignem immisit s. accendit in loco aperto: veluti si tempore ventoso in loco

loco aperto stipulas suas vel spinas incendit, & ignis evagans ad vicina pervenit per cit. L. 30. quia non videtur intelligere id, quod omnes intelligunt: quilibet enim sana ratione præditus potest scire ex circumstantiis hisce damnum futurum: quæ quidem sunt defumendæ ex indole ignis, ex tempestate, quæ provehere solet ignem, ex materia vicina capiente ignem. Dubium vero videtur colligendum contra Lubleri & Oldenburgens. opinionem ex cit. L. 30. §. pen. ubi respondet (1) Jctus ad quæstionem: *requiramus num imperitia ejus aut negligentia id accidit*: imperitia autem culpæ levi annumeratur. L. imperitia 132. ff. de R. J. L. §. 8. i. ff. ad L. Aquil. L. 9. §. pen. Locat. Bene hinc notavit Vinnius ad J. Quib. m. re contr. obl. §. 2. n. 9. imperitiam in artifice, seu qui peritiam alicujus rei profiteretur pro levi culpa habendam. L. 9. §. 5. L. 13. §. 5. Locat. L. 12. ff. de furt. in aliis pro levissima. Siquidem negligentia simpliciter posita notat levem culpam Struv. S. J. C. Exerc. 19. thes. 26. (2) Addit Jctus: nam si die ventoso id fecit culpæ reus est. Culpa absolutè posita levem infert culpam. Vinn. ad J. c. l. n. 19. & dolo opposita levis intelligitur per text. ibid. c. hic vero dolo opponitur culpa per verb. init. §. 3. L. 30. *Dolus & culpa punitur*. Sed videntur hæc non infirmare primam sententiam. Jctus enim regulam præmittit quâ firmat, quod in L. Aquiliæ tertio capite dolus & culpa puniatur, probat quâ culpam specie facti & ratione: & separat tandem à casu E. sollicitudo primaria erat distingvere inter damnum quod datur culpa & quod datur casu per verb. *At si omnia &c.* & culpa hic non contradistinguitur dolo malo, sed præcipuè casui, quo datum damnum non vindicatur L. Aquil. Culpæ autem nomine non venit levis culpa in L. Aquil. sed omnis sive sit lata sive levis sive levissima L. 44. ff. ad L. Aquil. Accedit sententiæ Lubleri Struvius S. J. C. Exerc. 19. th. 20. in vers. *Exempla conf.* idem Exerc. 19. th. 26. Dissentit Carpz. Pr. Cr. pt. 1. Q. 39. n. 29.

§. 9. Hunc casum decisum potest quæstio magis huc spectans sequi: utrum latam committant culpam patresf. qui fumarium purgari non curant, & flamma concepta consumpsit vicinas domus? Puto recurrendum esse ad circumstantias: nam dominus picea utitur & multis annis non purgavit & temere tædas suppo-

supposuit, quia est negligentia crassa & nimia, quam quodantem-
nus diligens evitare solet, videtur ad latam culpam spectare, ma-
ximè, ubi singulis annis Patrifam. purgatio lege imposita. Con-
tra ea, adhibuit betulam aliamque arborem non abundantem
pice, & uno anno elapso sine purgatione, altero anno flamma
corripuit fumarium, & vicinorum ædes perdidit, videtur spectare
ad levem culpam, quia quilibet bonus Paterfam. solet purum
reddere fumarium singulis annis.

§. 10. Lege Romana certus ædificandi modus etiam ita
erat præscriptus, ut in ædificando juxta publicas ædes intermit-
teretur spatium XV. pedum. L. 9. C. de ædific. privat. inter vici-
norum ædes XII. L. 12. §. 2. C. eod. ut tali intervallo & publicæ
ædes vindicarentur à periculo incendii. Eadem cura quarun-
dam Civitatum Satutis exponitur, & alia, quæ, ne fumaribus tra-
bes immittantur, prohibetur. Si quis igitur contra legem, vel
statutum trabem immitteret, & incendium ortum derivatum esset
ad vicinos: urum lata, an levis culpa, quæritur? Primò præsumi-
tur scientia statuti, sive legis in eo, arg. Nov. 66. c. 1. pr. Deinde,
scit, quod talis immissio trabis habeatur publicâ interpretatione
pro periculosa, & ita non intelligit, quod omnes intelligunt ejus
Civitatis.

§. 11. Illi, qui coqvunt Cerevisiam mercenarii, quibus cus-
todiendi quoque cura hic Wittebergæ data est, publicè ad for-
nacem obdormiverunt, & ortum incendium corripuit vicinas
ædes: quæritur, an lata culpa, an alia? si per ebrietatem maxi-
mè ejusmodi hominum, uti sunt, accidat hoc malum, culpa la-
ta est teste Carpz. Pr. Cr. pt. 1. quæst. 39. n. 36. 37. Berl. part. 4.
Concl. 25. n. 14. hæc, ait, poenâ incendii latâ culpâ facti punitur
etiam is, qui per ebrietatem incendio causam dedit. Nec quispiam
dixerit in eis, qui obdormiverunt, rem eos humanam & natura-
lem passos: cum deberent evitare ebrietatem, vel ignem extrin-
gere, vel ita munire, ne evagaretur. L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.
Neque immunes à culpa sunt Domini, qui præbent potum ignis
custodibus, aut negligentes in eligendis ministeriis fuerunt. Eæ-
dem culpa laborant, qui ipsi temerè nimiam flammâ excitare ad
fermentationem audent cerevisiam obstantè frigore, sine custo-
dis,

4
dia, aut adhibitis maxime in ebrari solitis: concurrat hinc sanè supina domini negligentia quæ Decis. 79. Sax. vindicatur. Es wäre dann das Feuer durch des Hauswirths eigene Schuld und Fahrlosigkeit entstandenden.

§. 12. Levi culpa incendium committitur, si fiat per injuriam ejus, qui in habendo aut custodiendo igne non eam diligentiam adhibuit, quam quilibet Prudentes & frugi Patresfam. ad eum modum, quem hominum natura desiderat, rebus suis adhibere consueverunt. Berl. part. 4. Concl. 25. n. 10. Inde non caret culpa levi Paterfam., qui permittit famulis curantibus eqvos, & alia armenta, sive jumenta in stabulo, ubi stramina, foenum, aliaque arida, quæ facile concipiunt ignem, ut ferant secum candelam ardentem sine laterna. Omnis enim bonus Paterfam. studet avertere occasionem inferendi damnum, scit enim ad officium suum spectare, ut curet, ne negligentius ignis habeatur, & præsumi in lege Romana plerumque incendia culpa in habitantium fieri. L. 3. §. 1. ff. de Off. Præf. Vig. Nam & qui eam diligentiam non adhibet in custodiendo, quam debent homines frugi & diligentes præstare, si quid accidisset, ad eum pertinere arg. L. 11. ff. de Peric. & commod. Rei Vend. conf. Oldenb. in Jti. Jurid. c. 1. n. VIII. Berl. c. 1. n. 30.

§. 13. Levisimâ culpâ incendium fieri dicitur, si factum fuerit propterea, quod optimus prudentissimus, diligentissimus & maxime industrius paterfam. non omissurus, vel factururus fuisset, etsi in rebus suis, ut & alius paterfam. bonus & diligens hoc omittere vel facere consuevit. Rauchb. pt. 2. quæst. X. n. 28. Ad hanc classem refert Oldenburg. in Itin. Jurid. cit. loc. §. XIV. hoc factum: quidam non clausit stabulum, in quo postea à tertio incendium immisum fuit: & idem §. XIII. fornacarius servus, qui apud fornacem obdormivit, in quam ignem immiserat, unde villa exusta est, dicitur in levisima culpa esse, probat L. si servus. 27. §. si fornacarius. ff. ad L. Aquil. Ubi tamen subsisto: notum est 1. Colonum obligari non ultra levem culpam ordinario Jure L. 5. §. 2. ff. Commodo. 2. Ex sententia Interpretum conductorem, qui ex levisima culpa ad damni per incendium illati reparatio-

nem

nem conveniri nequit, saltem actione L. Aquiliae ad damna & interesse obligari: nam in L. Aquilia culpa levisima venit L. 44. ff. ad L. Aquil. Ubi distinguunt inter culpam levisimam in faciendo & negligendo sive omittendo: illo casu concedunt actionem L. Aquil. contra conductorem, non hoc. Berl. pt. 4. Concl. 25. n. 51. In cit. L. 27. est culpa in omittendo: omisit enim, quod debebat facere fornacarius, ibi in fin. §. 9. *cum deberet &c.* inde lequi videbatur, quod non pertineat factum dictum ad levisimam culpam: quia ex L. Aquilia non datur actio propter culpam levisimam in omittendo. Rauchb. pt. 2. quaest. X. n. 74. & n. 90. in cit. text. datur utilis actio ex L. Aquilia (3) Accidit, Neratium in L. 27. c. in pr. dare actionem ex locato in Colonum, si negligens in eligendis ministeriis fuit, quae usque ad levem culpam datur. Sed accurate consideranti textum L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. apparet agi *ibi* de obligatione ex neglecto officio I. Obligator domino conductor, qui negligens fuit in eligendis ministeriis, & fornacarius servus coloni ad fornacem obdormit, ut hinc exusta villa fuerit. Duo ad hoc factum requiruntur. 1. Negligentia Domini, qui ineptis servis officium commisit. 2. Negligentia servi circa officium sibi commissum, ex qua damnum ortum aliis. Probat ex L. 27. c. §. & Dd. notant: regulariter ex facto & delicto familiae Paterfam. non tenetur, nisi delinquat circa officium sibi commissum, ut puta, si stabularius ignem in stabulo negligenter custodiat, quia peccat circa officium commissum, sed si in loco alio culpa stabularii incendium ortum sit, non tenebitur Dominus, quia extra officium sibi deputatum iste deliquit, Gail. 2. Obs. 21. n. 6. *Sunt enim certa persona, quae regulariter tenentur ex facto vel delicto, aut quasi, sua familia, ut sunt publicani, nauta, caupones, stabularii, hospites & similes, de quibus hinc inde sparsim in jure. Aliae autem sunt persona, quae tunc solum tenentur, si certa familia deputeretur ad certum officium; & illo officio deputato delinquit, quia tunc Paterfam. tenetur, ex quo enim talem deputavit & non diligentior, in culpa fuit, ut est communis conclusio & doctrina Dd. Goden in Conf. 108. n. 14. Rauchb. pt. 2. Q. X. n. 60. seqq. De reliquorum aut, servorum, qui quid extra officium sibi commissum pararunt, facto, aut delicto, dominus non obstringi-*

tur, ut si ignem à fornacario, coquo, lotricibus &c. officio isti à Patref. propositis, recte subjectum, tectum, extinctum vel sopitum alius ex domesticis suscitet, accendat, negligenter custodiat, & ita incendii causam præbeat Rauchb. c. 1. num. 26. M. Agitur de delicto ad fornacem obdormientis & negligenter igne custodientis Conf. Ant. Fabr. in Rational. ad cit. L. 27. §. 9. & datur actio utilis ex L. Aquilia. Jam videamus, an negligentia circa officium commissum sit culpa levis, an levisissima? Puto esse modo latam, modo levem, modo levisissimam. Officium enim oritur ex facto obligante ad certam diligentiam circa certum objectum, quæ determinatur vel à partibus agentibus, vel à lege. In nostro textu negligenter custodit fornacarius ignem, ea negligentia aut est summæ, aut mediæ, aut minimæ diligentia omisio, & ita involvit vel latam, vel levem, vel levisissimam culpam. Si enim supra modum implevisset fornacem ligno in loco periculoso, ut arida possit attingere ignis, & inebriatus juxta fornacem obdormivisset, latæ culpæ reus est: si vero fornacarius, ut siccaret lignum viride & humidum fornaci apponeret, juxtaq; fornacem securus dormiret, ut orto incendio damnum daretur, sine dubio ordinariam omisit diligentiam, vel subjecto ligno, igne nondum extincto, dormit, & sic quoque omisit ordinariam diligentiam: omnis enim bonus Paterfam. mediâ diligentia instructus non solet dormire igne haud extincto, aut munito. Quid si bene extingveret aut munit, ne evageretur, & fortè felis aut canis, dormiente fornacario in fornacem penetrans secum traheret prunas ad fœnalia? vix culpa est, & nequit evitari, nisi diligentiam summâ & accuratissimam, & sine dubio levisissima tantum culpa. Quia igitur fornacarius in L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. omisit ordinariam diligentiam, levis culpa commissa videtur. conf. Struv. S. J. C. Exerc. 14. th. 20.

§. 14. Quasi culpa sive præsumpta est, quæ oritur, ex facto injusto alterius mihi secundum leges imputando Struv. S. J. C. Exerc. 48. th. 8. in fin. L. 1. §. 4. L. 6. §. 2. ff. de his qui effud. &c. Nec erit à re alienum admittere gradus præsumptæ hujus culpæ imputandæ pro gradibus culpæ veræ. Aut enim illi, quorum negligentia imputanda venit secundum leges, sunt negligentissimi,

aut

aut non ordinariam diligentiam adhibent, aut non accuratissime diligentes existunt. Quid enim, si quis ex in habitantis Coenaculo aliquid dejiceret, non despiciens ad locum, quo vulgo iter fit, omitteret diligentiam ordinariam; sin vero videret homines, ubi vulgo iter fit, praterentes, & effunderet iisdem imminens, non intentione, ut peteret eosdem, sed supinâ negligentia & imprudentia occæatus putaret, posse se sine damno praterentium effundere, culpam latam committeret. At dejectum est ex coenaculo inhabitantis nocte concubia in eum, quem dejiciens non poterat videre tenebris obstantibus, & quia suggreditur sine lumine, qui forte, potuisset evitare quid dejectum est, si clamasset dejiciens: forte esset levissima. conf. L. 6. §. 1. ff. de his qui effud. &c. ex quo textu elicitur, quod locus, ubi iter noctu fieri consuevit, sine periculo debeat esse. Wesenb. in Parat. de his qui effud. &c. n. 3. Quod vero omnis culpa tanquam materiale huic quasi delicto subsit, patet ex generalitate. Edicti in L. 1. pr. ff. de his qui effud. vel dej. & rationis in §. 1. L. 1. ex affinitate cum L. Aquiliae actione L. 5. §. 4. ff. eod. Wesenb. ibi n. 5. & Hahn. ad eund. Sicut enim propter damnum datum injuria datur actio L. Aquiliae; ita dejecti & effusi propter damnum datum dejectione aut effusione utraque vindicat culpam §. 3. J. de L. Aquil. L. 6. §. 2. de his effud. vel dej. Item in exercitorem navis, cauponæ, stabuli datur actio ad præstandum damnum datum quoque levissima culpa datum per l. 7. pr. L. 6. §. 4. Naut. cap. stab. junct. L. 44. ff. de L. Aquil. nam hoc Edicto omnimodo qui recipit tenetur, etiam si sine culpa ejus perit, vel damnum datum est, nisi si quid damno fatali contingit.

§. 15. Incendium posse oriri variis culparum generibus expositum supra est. Inde quasi delictum versari potest circa tres gradus culparum tanquam materiam. Respiciendum vero ad Leges, quibus imputari possunt aliorum nobis injusta facta, propter respectum & connexionem civilem inter personas. Sunt enim personæ certæ, quæ regulariter tenentur ex facto, vel delicto, aut quasi, suæ familiæ, ut sunt publicani, nautæ, caupones, stabularii, hospites, & similes, de quibus hinc inde sparsim in jure. Aliæ sunt personæ, quæ tunc solum tenentur, si certa ab

ipsis familia deputetur ad certum officium, & in illo officio de-
putato delinquit, & tunc paterfam. tenetur, ideò, quia talem de-
putavit & non diligentior, atq; hinc in culpa fuit, ut est com-
munis conclusio & doctrina Dd. Henning. Cons. 108. n. 14 Per-
sonæ quæ subsunt potestati alterius in societatibus simplicibus
aut natura, a. jure subjectæ sunt, ut puta, materfam., filiusfam.,
filiafam., nepotes. & deinceps, L. 195. ff. de V. S. in dominorum
potestate fuisse servos, extra dubium est. Utrum omnium ho-
rum culpa imputetur Superiori in familia, à jure, quæritur?
Affirmantes hanc afferunt rationem, quia paterfam. est caput
familia, cujus imperio reliqui obediunt, & ideo ejus culpæ ad-
scribendum videtur, quod minorem diligentiam, quam debue-
rat, adhibuit ap. Rauchb. pt. 2. Qv. X. n. 46. Berlich. pt. 4. Concl.
25. n. 103. Carpz. pr. Crim. pt. 1. Q. 39. n. 51. Alii verò non sine di-
stinctione admittunt, separantes casum, quo certa persona ex
familia demonstrari potest, aut non: hoc paterfam. non tenetur,
nam incendia plerumque culpa sunt inhabitantium. L. 3. §. 1. ff.
de Off. Præf. Vig. & ita est præsumptio contra omnes inhabitantes,
quorum tamen non omnium culpam Paterfam. præstat (ut sunt
ministri ad illud officium non deputati, hospites, advenæ, quo-
rum opera non usus est &c.) neque de certa persona constat, ne-
que certam sententiam potest ferre iudex; vitium vero sententiæ
est incircitudo. §. curare 32. J. de Act. t. t. C. de sent. quæ sin. cert.
quant. Circa illum subdistingvunt aut illa persona extra officium
suum delinquit, aut circa, ibi non tenetur paterfam. cessat enim
ratio L. fin. §. hæc autem ff. Naut. cap. Stab. & L. 27. §. 9. ff. ad L.
Aquil. hinc tenetur, quia negligens fuit in eligendis ministeriis.
Inde Paterfam. obligatur propter damnum eorum, quibus cer-
tum officium commisit, & quidem imprudens, quia eventu teste
sunt inepti ad illud. E. qui inhabitant quidem, & sunt in familia,
sed à Patref. certo officio non destinati, haud onerant Patrem-
fam. culpâ suâ. Subsumit Goden. c. 1. n. 14. *Unde si liberi s. filia,
aut uxor delinquant, non dicuntur deliquisse in officio eis commisso,
cum Paterf. non deputavit eis officium, sed habet eos penes se ut ipsos
educet, aliat ac gubernet &c. per L. 1. §. 3. ff. de J. & J. Quare pater-
na pietas in hoc condemnari non debet, cum hoc nulla lege cavetur,
nisi*

nisi cum ipse Paterfam. vel familiares ejus in officio ipsis commisso delinquant. Quod consecrarium non probat Berlich. c. l. n. 109. quia regulariter uxor reifamiliari præficitur, ut culinam ignemque benè custodiat, Mutuum sanè adjutorium secundarium finem societatis nuptialis esse, hætenus receptum est, ad quod spectat quoque administratio reifamiliaris. Gerhard. de Conjug. cap. 4. sect. 1. Uxoris igitur officium secundum divinam institutionem simul consistit in adjutorio præstando marito, non solum in liberorum educatione, sed etiam familiæ administratione, in paranda & conservanda re familiari &c. Erat uxor & laborum periculorumque socia antiquis Germanis. Tac. de Mor. Germ. c. 18. Modestinus nuptias appellat consortium omnis vitæ L. 1. ff. de R. N. Itaque marita jungitur marito etiam propterea, ut præsit rei familiari, & sic destinatur officio certo. Fundamentum verò sententiæ communis Dd. est, quâ culpam ministrorum & familiæ restringunt ad culpam circa officium, quia Paterfam. debebat prudenter eligere ad officium domesticum per L. cit. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. Marita quoque prudenter est eligenda: Inde Avenar. in Syno. Oecon. c. 2. de soc. conjug. notat. *Ante omnia vero uxorem ducturus respiciat virtutem Christianam, nempe pietatem, seu veram religionem, nec non prudentiam æconomicam, memor illius, quod Sapiens. Prov. 19. vers. 14. profert. Domus & divitiæ dantur à Parentibus, à Jehova autem est uxor prudens.* Qui Paterfam. associat sibi imprudentem maritam, videtur non debere impunè ferre culpam maritæ damno dato. Godenii vero & Rauchb. pt. 2. Qv. X. n. 67. sententiam probat Carpz. Pr. Crim. pt. 1. Qv. 39. & Responsis firmat. Nam Goden. c. l. hoc quasi delictum non admittit sine lege & præterea, ait, quilibet etiam diligentissimus Paterfam. consuevit tales scilicet liberos & familiam secum retinere & habere in domo. Quare cum ita servetur communiter per omnes, non potest adscribi culpæ L. 3. ff. ad Sctum Maced. Consuetudo tales excusat à pœna, ut in c. cum venerabilis, & ibid Gloss. in fin. & c. si de consuetud. & facit ad hoc L. pignus C. de pign. act. & Rauchbar. c. l. n. 67. hanc dat rationem, quia nulla lege cavetur.

§. 16. Jure

§. 16. Jure Saxon, antiquo Domini ex facto famulorum ulterius non obligantur, nisi quatenus eorum merces vel salariam se extendit. *M. lib. 2. Art. 32.* Es ist kein Mann für seinen Knecht pflichtig für daß zu antworten / denn nur als sein Lohn gewehret zc. *Ubi glossa sibi objicit; Ist auch das recht ungleich / daß sein Herr höher antwortet vor seinen eigenen denn vor seinen gemieteten Knecht? Resp. Nein zc. Sage / der Herr antwortet vor sie alle beyde gleich / der freie dienet umb sein Geld / das giebt er vor seinen Bruch / der eigene dienet umb sein Lohn / daß ist daß er leben mag: Giebt denn der Herr sein Leben vor seinen Bruch / so giebet er seinen Lohn / und drum so antwortet er gleich hoch / daß des eigenen Lohn sein Leben sey / das hastu *Inst. de Jur. pers. § servi.**

§. 17. Decisione novâ improbatur sententia quorundam *Dd. quâ Patrifam. imputatur imprudentia & negligentia maritæ, liberorum, familiæ circa officium commissum, & præfertur eidem doctrina aliorum Dd., secundum quam paterfamilias non adeò adstringitur, quia hæc magis Christiana, æquior, receptior, & cum Legibus convenit. Nimirum Saxonici Jurisconsulti ante decisionem hanc 79. non uno ore omnes respondebant de jure hoc in caso (sicuti & in aliis, quos notavit D. Godofred. Svevus olim hic Profefs. jur. celeberr. ad Authent. habita. C. Ne filius pro patr. in Mantiss.) Quidem enim Patremf. obligabant propter damnum datum incendio culposo à familia circa officium commissum, non verò à marita aut liberis. *Henn. Goden. Cons. 108. n. 14. 15. 16. Rauchb. pt. 2. Qv. X. n. 67. Carpz. Pr. Crim. pt. 1. Qv. 39. n. 35. Alii & maritæ culpam levem hoc in casu luere debere statuebant maritum, quia & illi officium commissum. Berl. pt. 4. Concl. 25. n. 109. Sed Serenissimus Saxo Decis. 79. varietatem hanc sustulit & sancivit. Verbleiben demnach aus solchen und andern motiven nicht unbillig bey dieser letzten Meinung / und ordnen hiermit / daß kein Hauswirth bloß umb des willen / daß in seinem Hause eine Feuersbrunst entstanden zc. zu Erstattung des Schadens angehalten zc. werden soll. Es wäre denn das Feuer**

Feuer durch des Hauswirths eigene Schuld und Fahrlässigkeit
entstanden / oder er wäre seines Gesindeshalben / von Nach-
barn oder andern gewarnt und hatte solches nicht abgeschafft.
Itaque I. Paterfam. ex quasi delicto non tenetur propter culpam
uxoris, liberorum & familiae II. Nisi Paterfam. sciens famulum
esse male moratum, improvidum ex relatione aliorum, non ab-
dicavit. De hac sententia praedicatur, quod sit (1) magis Christia-
na & benignior: nam afflicto non est addenda afflictio, (quæ ratio
tangitur in Dec. 79. verb. Darbey ihm ohn das der größte Scha-
den betrifft.) & quod tibi vis fieri alteri facias. (2) Juri magis
consona: quæ prædicata extant ap. Rauchb. c. l. n. 50. qui com-
munem probat hanc esse sententiam: nemo enim tenetur ex fa-
cto alterius, sive sit honestum & licitum: ita ex contractu filio-
rum servorumvè ipso jure non tenentur Pater & Dominus §. 10.
J. de Act. add. L. 3. L. 23. C. de pact. L. pen. ff. deposit. L. pen. C.
quod cum eo, qui in al. pt. (quod mitigavit Prætor usque ad pe-
culium ib.) neque maritus pro uxoris obligatione conveniri
posse constat L. 3. C. ne ux. pro mar. sive sit inhonestum & illi-
citur: indè ex maleficio servi noxalis tantum actio, quæ conve-
nitur quidem Dominus servi, sed nequit convictus præcisè urge-
ri ad litis æstimationem, sed liberatur deditioe ipsius corporis,
quod deliquit. L. 1. ff. de Nox. act: neque actio datur contra Do-
minum tanquam obligatum ex maleficio servi, sed quia possidet
servum noxium: quod pater ex eo, quia servum maleficum
transeuntem ad alium dominum, aut ad libertatem, sequitur
noxalis actio. L. 7. pr. ff. de nox. act. §. 5 J. eod. Et dominus si nolit
suscipere judicium, potest dedere noxæ. L. 21. pr. ff. eod. In suis
enim venia dignus est, si quales, quales adhibuerit. L. 7. §. 4. ff.
Naut. C. stab. & servi ipsi ex delictis obligantur. L. 14. ff. de O. &
A. Filiusfam. verò ex omnibus causis (quas vide in L. 1. ff. de O.
& A.) tanquam paterfam. obligatur, & ob id agi cum eo tan-
quam cum Patrefam. potest. L. 39. ff. eod. Quod, vero quorun-
dam factum injustum mihi imputetur, id pertinet ad exceptio-
nem, quam quandoque utilitas publica admittit. Itaque in Dec.
79. Weil niemand seines Hausgesindes Mishandlung zu tra-
gen/

C

gen/

gen / oder eines andern Schuld und Verbrechen auf sich zu nehmen / gedrungen werden kan. Porro cum Jure convenit exceptio in Dec. 79. vers. Es wäre denn 2c. Nam Jure Romano si servus scientē Dominō deliquit, in solidum obligatur hic, si autem insciente, noxalis datur L. 2. ff. de noxal. act. quia enim scit, & prohibere potest, & non prohibuit, patitur delinquere, & ipse videtur deliquisse, per L. 2. cit. junct. L. 3. ff. eod. neque alienum est à quasi delicto, quod suo nomine teneatur & culpæ suæ. L. 7. §. 4. ff. Naut. caup. stab. est enim culpa imputata & præsumpta, & aliquatenus culpæ reus, qui opera malorum hominum utitur. L. 5. §. 6. ff. de O. & A.

§. 18. An vero sub nomine Gesinde Dec. 79. lateant & illi mercenarii, qui non pro mercede annua famulantur, sed pro mercede certum negotium familiare expediunt. Rauchb. c. l. n. 63. putat propter ejusmodi mercenarios non obligari Patremfam. uti sunt, qui cerevisiam coqvunt, aut polentam torrefaciunt, die Mälzer und Bierbräuer / ex hac ratione: quoniam qui eos adhibet, id facit quod alii diligentes patresfam. qui vero facit quod alii soliti sunt facere, non dicuntur esse in culpa L. 3. ff. ad SCtum Maced. L. quis sit 17. §. 12. ff. de ædilit. Edict. Accedit regulare jus: nemo tenetur ex facto alterius, quod multis textibus probatum à Berlich. c. r. n. 120. aliis dissentientibus apud eundem n. 119. sententia prior convenit cum Decisione 79. ubi negligentia circa commissum officium non efficit quasi delictum, sed quia scit Paterfam. negligentes & temerarios esse, qui circa se sunt: inde infirmatur ratio adversariorum altera c. l. & expresse confirmatur Dec. cit. regula præmissa. Nemo tenetur &c. Weil niemand seines Hausgesindes Mißhandlung zu tragen / oder eines andern Schuld und Verbrechen auff sich zu nehmen / gedrungen werden kan. Idem forte esset respondendum, si quis mulierem, aut operarium conduceret, ut excitaret igne cerevisiam tempore hyemis ad fermentationem, nimirum Patremfam. immunem esse à damni restitutione: sed quid si sciret paterfam. ejusmodi operarium vel mercenariam esse homines ebriosos & incautos, & eorum opera uteretur frustra dehortantibus vicinis aliis-

aliisque. In hoc casu, quia Paterfam. non facit id, quod diligentes faciunt, non videtur immunis, & ex eadem ratione forte licuit concludere ad idem jus. Licet enim operarii non sint proprie dicendo Knechte oder Gesinde / tamen secundum Gloss. LX. lib. 2. art. 32. Diweil ich ein Ding gemietet habe / in der Zeit der Mietung ist es mein / als ob es mein eigen wär. Jure quidem Saxon. in der Anordn. de Ao. 1623. distingvitur inter Lohnarbeiter und Tagelöhner qui existunt in VII. Classe und Gesinde qui in VIII. Classe. Sed hoc non obstante, videtur Paterfam. quasi deliquisse, nam cum alienos adhibet explorare eum oportet cujus fidei, cujus innocentiae sint: in suis venia dignus est, si quales quales adhibuit L. 7. §. 4. ff. Naut. C. stab. Satis est adesse eandem rationem, quæ facit ut censeantur isti virtualiter comprehendi Franzk. ad ff. de LL. n. 42. Neque obstat, quod odia sint restringenda, & in pœnalibus benignior sit facienda interpretatio: Franz K. c. 1. n. 46. Resp. esse hæc axiomata intelligenda de casu, quo res dubia, & in hæc interpretatione comprehensiva non obtinet. Accedit quod Jcti Saxonici regulam, quæ mercenarii culpa non imputatur patrifam. intelligant de eo mercenario, qui ab aliis patribusfam. ejus loci solitus adhiberi ad operam certam, & peritus est. Unde Carpz. J. F. pt. 4. C. 18. D. 14. in Resp. ult. Ob nun wohl Jacob Jobst zu seiner Entschuldigung vorwendet / daß er Jacob Schneidern darzu bestellet / daß er daß Malk dörren und warten sollen. Diweil er aber dennoch (1) solche Arbeit zu verbotener Zeit in den heiligen Feyertagen angeordnet / (2) und nicht zu befinden / daß der Mann; den er dazu bestellet / des Malk dörrens erfahren gewesen / (3) und wö andern darzu gebrauchet worden / uñ er also bey solcher Arbeit nicht die Vorsichtigkeit wie ein ander fleißiger Haus Vater zu thun pfleget / gebrauchet / &c. So ist er auch Jacob Bogeln den den erlittenen Schaden auf vorgehende liquidation und Richterliche Ermäßigung zu ersehen schuldig / &c.

§. 19. Pergendum erit ad jus persequendi quod debetur. Latata culpa incendio orto quæ poena & quæ actio obtineat quæritur? L. II. ff. de Incend. ruin. naufr. poenam quidem involvit, sed non determinat, incertam quoque relinquit poenam hoc casu. L. 3. §. 1. ff. de Off. Præf. Vig. unde colligunt, quod poena sit arbitraria. Rauchb. c. l. n. 10. Schneidew. ad J. de L. Aquil. §. capite tertio n. 5. Carpz. Pr. Crim. pt. 1. Qv. 39. n. 33. aliique idcirco, quia nulla specialis poena legibus imposita, causa cognita liberum erit arbitrium statuendi & qui cognoscit L. I. §. 1. ff. de Effract. Quo usque vero extendi ista poena possit quæritur? Carpz. J. F. pt. 4. Const. 17. D. 12. n. 7. certum est, quod Judex arbitrium suum ultra poenam fustigationis hoc in casu extendere nequeat, quamvis & hanc tum demum infligere liceat, si ex culpa latissima incendium magnum fuerit exortum: nam hæc fustigationis poena non semper obtinet, sed pro circumstantiis incendiarius ob latam culpam vel alia quâdam, mitiori tamen poena, vel pecuniaria interdum puniri possit. Magn. D. Martin. in Coll. Cr. Disp. V. c. 1. Sect. II. n. 9. Berlich. pt. 4. Concl. 25. n. 8. Si incendium ex lata culpa exortum fuerit magnum, poenam corporalem, citra tamen mortem, aut maximam pecuniam, si verò fuerit parvum, poenam pecuniariam leviolem imponat Judex. Neque audiendi sunt qui latam culpam severè vindicant non aliter ac dolum, moti hæc ratione, quia culpa vel æquiparatur dolo vel pro dolo sumitur L. 32. ff. Depol. L. 1. §. 2. ff. si is qui test. lib. esse jussus erit. L. II. ff. de incend. ruin. naufr. &c. Potius objectum culpæ latæ distinguendum: est enim aut contractus aut delictum. In contractu lata culpa dolo comparatur & ut dolus præstari debet, quod ita capiendum, ne confundas naturam doli cum indole latæ culpæ, quæ accuratè distinguuntur in LL. L. 20. C. de neg. gest. L. 7. C. arbit. tut. &c. & ubi dicitur culpa dolo proxima & latam culpam dolum esse, referendum ad communem Juris effectum, quoniam lata culpa interpretatione juris dolum repræsentat, jure effectum doli patitur. Vinn. ad J. Quib. mod. re contr. obl. §. 2. II. Obdelictum verò agitur aut civiliter ad poenam, & nonnunquam latam culpam dolo comparari, cit. l. Vinn. statuit per LL. aut criminaliter, & hæc comparatio doli & latæ culpæ locum non habet, & lata

lata culpa pro dolo non habetur, neque eodem modo coercetur.
L. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar.

§. 20. Ex delicto non tantum criminaliter agitur, sed & civiliter. vid. L. ult. ff. de furt. L. 25. ff. ad L. Corn. de fals. à ple-
risque prudentium generaliter definitum est, quoties de re
familiaris & civilis & criminalis competit, utraqve licere experi-
ri, sive prius criminalis, s. civilis actio moveatur, nec si civiliter
fuit actum criminalem posse consumi, & similiter è contratio.
L. un. C. quand. civ. act. crim. De criminali iudicio in Dec. 79.
non agitur. Nec obstant verba ib. **oder in Ermangelung des
willkührlichen bestrafft werden soll.** Nam disponitur de
casu, quo quis civili actione petit restitutionem, & sententia
condemnatoria nequit habere exitum, quia delinquens non ha-
bet, ibi obtinet regula: qui non habet in ære luat in cor-
pore. Idem Jure Civili confirmatur text. in L. 9. vers. *si ve-
ro casu id est negligentia*, aut noxam sarcire jubetur, 2. si
minus idoneus sit, levius castigatur addat. L. 28. §. 12. ff. de
pœn. verb. *civiliter exercentur.* conf. Wissenb. D. 30. §. 10. ad ff.
Quod convenit cum Jure divino Exod. 22. v. 6. &c. *R. lib. 2. arr.
38.* Der Mann soll gelten den Schaden / der von seiner Ver-
wahrlosung andern Leuten geschicht / es sey von Wasser oder
Feuer. Ubi Glos. Er saget aber hier von der Verwahrlosung
die ohne Willen geschicht, 2c. sondern nur die jenigen Personen /
durch deren Schuld / Unfleiß / Verwahrlosung und Unachtsam-
keit das Feuer auskommen / belanget / angestrenget und nach Be-
findung den abgebranten Leuten ihren erlittenen Schaden / wieder
zu ersetzen angehalten / oder in Mangel des / willkührlichen be-
strafft werden soll 2c. auf diesen Fall ist er zu antwortten und nach
Befindung den Schaden zu ersetzen schuldig Decis. nov. 79.

§. 21. Sed quæ actio competat civilis, & quomodo concur-
rat cum aliis pœnis disquirendum est? Berlich. c. 1. n. 11. Ad hoc
damnum, ait, consequendum, dantur parti læsæ variæ actiones,
primò condictio ex Lege, deindè Actio ex Edicto Pratorio de
Incend. Ruin. Naufr. tertio Actio Legis Aquil. Condictioem ex
Legs eliciunt ex cap. 5. X. de Injur. & damno. dat. Actionem Præ-

toriam ex L. 9, L. II. ff. de Inc. Ruin. Naufr. Actionem Legis
Aquil. ex L. 27. §. 7. &c. & mult. al. text. sub tit. ad L. Aquil. Suffi-
cere videtur actio Legis Aquil., quæ datur ad reparationem
damni principalis, & ejus quod interest. L. 21. §. ult. ad L. Aquil.
Quod probat Dec. 79. verb. zur Erstattung des Schadens 2c.
und nach Befindung den Schaden zu ersetzen schuldig. Carpz.
J. F. part. 4. C. 17. D. 13. n. 1. Itaq; possum repetere omne id, quod
mihi abest per incendium & occasione incendii. Quod Jus potest
pacto remitti. L. 7. §. si paciscar. ff. de pact. Hæc actio L. Aquil. si-
ne dubio est ex tertio capite L. 27. §. tertio 5. ff. ad L. Aquil. & Jure
antiquo quanti in diebus triginta proximis res fuerit obligaba-
tur is, qui damnum dederat. Hodie vero notante Vinnio ad J. de
L. Aquil. §. 9. in fin. actione Legis Aquiliæ utimur, ut damnum
injuria datum persequamur, non etiam quanti plurimi supra id
res in eo anno aut in diebus 30. proximis fuit. Struv. S. J. C. Exerc.
XIV. §. 25. ex Ant. Matth. observat. ab hac æstimatione recessisse
mores hodiernos, & æstimari quanti fuit eo die, quo damnum
datum est. conf. Schneid. ad J. de Act. §. ex maleficio de secund.
mixt. act. n. 6. Ex quo colligit D. Adrian. Beier. ad Georg. Schulz.
Synopsis. Inst. de L. Aquil. quod hæc actio non sit pœnalis, quia eâ
atenus nunc utimur, ut damnum injuria datum persequamur,
videtur inde colligendum, quod detur in hæredem quia cessat
ratio olim impediens hoc §. 9. J. de L. Aquil. & consentire L. inde
Neratius 23. §. hanc actionem 8. ff. ad L. Aquil. quia hodie non est
pœnalis. Attamen hic §. 9. J. de L. Aquil. usuali interpretatione
ita accipitur à Dd. etiam nostræ Saxonix, ut non transeat actio
hæc ad heredes & habeatur pro pœnali Hartm. Piff. lib. 1. quæst.
27. n. 5. seqq. qui cum Carpz. J. F. part. C. 12. D. 9. hanc regulam
probant. Actio ex delicto descendens non transit ad heredes, ne-
quidem rei persecutoria ante litis Contestationem: actio a. L. A-
quilæ descendit ex delicto. addunt L. 16. §. 2. ff. quod met. causa.
L. 5. pr. ff. de calumn. L. 3. C. rerum amot. L. un. ex del. def.

§. 22. Aliam actionem peculiarem solent dare hoc casu,
quam incendiariam, sive incensarum ædium appellant ex L. 7.
§. 13. ff. de Pact. Rauchb. est. loc. n. 20. in duplum ex edicto præ-
toris in t. t. ff. de Incend. R. N. Quæ quantitas neq; ex Lege 28. §.
12. ff.

12. ff. de poen. neque ex L. 9. L. pen. ff. de Incend. R. N. probatur;
sed ex Paulo recept. sent. Lib. 5. t. 3. §. 6. Incendiarii, qui consul-
to incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quod si per
incuriam eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum ejus-
modi sarciri placuit Godofr. ad. L. 7. §. 13. ff. de pact. Wesenb. in
parat. de Incend. R. N. n. 5. Rauchb. c. 1. & n. 1. Item ex Glossa
cap. 6. X. de Injur. & damn. dat in eum qui negligentia incendit
domum, datur actio in simplum ad omnia sublata & incensa re-
stituenda. Sed hodiernis moribus actiones ejusmodi in duplum,
triplum quadruplum non obtinent Struv. S. J. C. Exerc. 46. §. 70.

§. 23. Criminalem poenam posse dictari Incendiaro laedenti
per levem vel levissimam culpam, scilicet multam pecuniariam,
poenam carceris notat Carpz. Pr. Crimn. pt. 1. quaest. 39. n. 36.
Quod non est sine controversia. vid. Berl. part. 4. Concl. 25. n. 18.
seqq. qui refutatis aliorum sententiis admittit poenam fisco ap-
plicandam per L. 28. §. 12. ff. de poen. L. 11. ff. de Incend. R. N. quae
poena potest mutari in graviolem, in casu, quo pecuniariam praes-
tare nequit delinquens, in modicam & leviolem corporis casti-
gationem L. 28. cit. verb. *vel modice castigatur* L. 9. cit. verb. *Levius*
castigatur & relegationem Wesenb. test ad ff. de Incend. R. N. n. 6.
licet criminalem non admittat poenam Cyn. nisi, quando non
solvendo est, tamen communiori opinione contraria senten-
tia recepta est. Schneidevv. ad J. de L. Aquil. §. capite tertio. Non
vero levissima culpa criminaliter punitur ib. & Berlich. c. 1. n. 39.
per L. qui aedes 9. vers. *si vero* ff. de Incend. R. N. ubi de ea negli-
gentia J. C. tus videtur loqui, quae accedit ad casum: nam levissi-
ma culpa, quoniam quod verbum ipsum indicat, vix culpa est &
saepè non consideratur & cum casibus fortuitis, ad quos proximè
accedit, & ipsa excludi intelligitur, ut in L. 5. C. de pignorat.
act. L. in judicio 28. C. de Locat. L. 4. C. de peric. tut.
Vino. ad Inst. Quib. mod. re contrah. ad §. ult. n. 5. nisi de-
linquens non sit solvendo per L. qui aedes ff. de incend. R. N. In
eo vero conveniunt, quod laedentes incendio culposo, levi cul-
pa vel levissima civiliter teneantur laesis ad damnum datum re-
sarcendum. conf. L. 1. C. ad L. Aquil. L. 28. §. 12. cit. ff. de poen.
L. qui aedes ff. de Incend. R. N. vers. *si vero casu*, sive levissima
culpa in omittendo fuerit, sive committendo. Berlich. c. 1. n. 37.

Struv.

Struv. S. J. C. Exerc. 14. th. 20. maximè in hoc casu, quò peculiaris actio extra actionem Legis Aquiliæ datur incendiaria, licet hodiè non in duplum tamen in simplum vid. supra §. 22. Videntur hoc convenire cum Decis. 79. quia in genere: durch deren Schuld / Unfleiß / Verwahrlosung eigene Schuld und Fahrlässigkeit. Disponitur de damno dato negligentia, culpa. Utrum vero criminalis cum civili actione simul detur an minus, meum non facio? Rauchb. c. l. n. 11. seqq. asserit, quod illi, quorum dolo & lata culpa incendium factum est, simultaneo processu, ac unico iudicio, & ad poenam & ad damni reparationem, criminali & civili actione conveniri, & condemnari possint conf. Perez. ad C. Quid. civil. act. crim. præj. Clar. Pr. Crim. l. V. §. fin. Q. 2. Berlichius c. l. n. 12. probat, partem læsam ad damna non solum separatim, sed & conjunctim agere posse. Ast Carpz. Pr. Crim. c. l. n. 42. seqq. negat, hoc Juri Saxonico convenire: sed de jure Saxonico in delictis Reum, quovis poenam mortis vel sanguinis sive corporis afflictivam patitur, ad restitutionem damni & expensarum nequaquam condemnari debere per Gloss. Germ. in art. 31. l. 2. & n. 2. in fin. & Gloss. in art. 35. l. 2. & n. 4. Glossa art. 45. n. 4. l. 3. & n. Const. Elect. 12. part. 4. Quæ controversia cessat, cessante poenâ corporis afflictivâ & capitis, & communis Juris dispositio obtinet, secundum quam ad restitutionem damni incendiarii culposi tenentur præter poenam. Magnif. D. Martini in Coll. Crim. Disp. V. Sect. II. c. 1. n. 21

§. 24. Præterea datur actio ex contractu lædentis cum læso, quæ cum natura contractus variat, & variè obligat, de qua actione vid. Berlich. c. l. n. 27. seqq. Rauchb. c. l. n. 25. Breviter addenda actio competens propter familiam incendio lædentem alios contra Patremf. Serevissimus enim Elector Saxon. Dec. 79. addit. auf diesen Fall ist er zu antwortten und nach Befindung den Schaden zu ersetzen schuldig: quæ verba præsupponunt medium cogendi ad resarciendum damnum. Non dantur hodie noxales actiones propter delicta servorum in dominos: servos enim in rigore Romano non habemus vid. Struv. S. J. C. Exerc. 3. th. 20. seqq. & D. Beier. ad Synops. Inst. Schulz. de jure personar. p. m. 34. & de nox. act. p. m. 1337. nostris moribus actionis hujus nullus est usus: quia non servis in nostro ministerio utimur, sed opera liberorum hominum

minum, ex quorum damno non nisi ratione debitæ mercedis tenemur, ut tradunt Dd. communiter per text. J. S. & N. lib. 2. art. 32. Sereniss. Legislator quoque regulariter non admittit actionem propter damnum datum à famulo in Patremf. excipit vero casum in fin. Dec. 79. vers. **Es wäre dann ic.** in quo culpa famuli imputatur domino, qui tenetur sarcire damnum incendio culposo datum. Datur igitur in hoc casu excepto actio in factum ex delicto famuli in Patremf. ei, qui læsus est incendio culposo, ad damnum & interesse resarciendum. Ex quasi delicto enim jure Romano datur actio in factum per L. ult. ff. de Extraord. cogn. §. ult. J. de Oblig. quæ qs. ex del. Vinn. ad J. ib. ad verba. *In his casibus. Hoc ait, etiam ad casus precedentes pertinet: nam quasi maleficia, omnia subsidiariis in factum actionibus vindicantur.* Quod secundum doctrinam præmissam capiendum de casu, quo famulus non affectus poenâ corporis, alias vid. §. 23. Jure Saxon. non datur hæc in factum actio ex delicto famuli in patremfam. & ita intellige in Dec. 79. vers. **auf diesen Fall.** Non verò datur in hæredes patrisf. arg. §. fin. J. de O. quæ qs. ex del. nasc. quia est poenalis. Dubium ex & N. lib. 2. art. 32. resolvitur ap. Carpz. J. F. part. 4. Const. 17. Def. 13. n. 7.

§. 25. De probatione pauca addenda sunt. Notissima est lis inter L. 3. §. 1. ff. de Offic. Præf. Vig. & L. 5. §. 4. ff. Commod. Ille textus supeditat hanc regulam: Incendia fiunt culpa inhabitantium plerumque. Hæc vero Lex refert incendium inter casus & damna fatalia. Ex illa regula oritur præsumptio contra inhabitantes, & transfertur onus probandi in oneratos præsumptione, sive in patremfam. & habitatores, qui probare debent diligentiam. Bachov. ad Treutl. v. l. D. 18. th. 8. C. hæc liberat ab onere probandi reum. Ex quo factum, ut abirent in partes Dd. Quidam onerant inhabitantes probatione diligentie Fachin. l. 1. Contr. 87. & quidem adeò, ut putent nonnulli actoris intentionem ex sola culpâ præsumpta esse fundatam, ut ad damni restitutionem agere possit, nisi inhabitator suam suorumque domesticorum culpam abfuisse probaverit, referente Hahn. ad Wesenb. de offic. præf. Vig. & Vinnius ad J. quib. mod. re contrahit. Obl. §. 2. n. 5. ad casum fortuitum non esse referendum putat, incendium intrinsecus ortum, quia cum culpa junctum esse solet, & qui rem incendio v. c. servorum negligentia orto consumptam dicit, diligentiam suam probare debere. Plures refert idem statuen-

D

tes

tes Berlich. part. 4. Concl. 25. n. 82. vers. *Et quamvis*. Alii putant non sufficere istam præsumptionem ad gravandum inquilinum aut inhabitantes: quia levissima tantum culpâ præsumitur incendium contigisse, & ut præsumptio faciat fundatam actoris intentionem, debeat versari circa certam & determinatam personam, ne innocens puniatur. Zœs. ad ff. Loc. Cond. n. 25. & locatori probandum esse, incendium conductoris culpâ latâ vel levî contigisse, ait Franzk. ad ff. Locat. Cond. n. 209. Hi eludunt adversariorum L. 3. § 1. ff. de Off. præf. Vig. cum Glossa dist. inter præsumptionem latæ, levis & levissimæ culpæ, & L. 3. ad levissimam culpam restringunt. Gail. lib. 2. obs. 21. & quidem in omittendo consistentem ex communi sententia Dd. teste Althuf. in Dicæolog. l. 1. c. 140. n. 24. ex quâ tamen ob inhabitantium varietatem & auctoris incertitudinem nemo tenetur. Hæc varietas sententiarum translata deinde est in Clariss. Saxonie JCtos. Henning. Goden olim Ordinari in Witteb. Univers. Nobiliss. Conf. 108. n. 18. & 19. probat posteriorem sententiam cum Rauchb. JCr. Witteb. pt. 2. quæst. X. n. 50. seqq. eamque rationibus firmat, & praxi receptam esse testatur. n. 68. & sequitur Berlich. c. 1. n. 82. seqq. Priorem suam fecerunt Scabini Lipsiens. Carpz. Pr. Crim. pt. 1. Q. 39. n. 58. seqq. Quod disidium demum sublatum est Decis. 80. & probata sententia Witteberg. (quam foverunt & in Jurid. Fac. Lips. item Scabini Hallenses & Jenenses, vid. D. Beier ad synops. Johan. Schulz. de L. Aquil. p. m. 1081. 1082.) qua ita sancitum; es wäre der Hauswirth bloß allein aus dieser Ursach daß bey ihme das Feuer entstanden / mit solchen Beweis nicht zu belegen / sondern derjenige / welcher deswegen bey ihm etwas suchen wolte die culpam, Verwahrlosung / oder Unachtsamkeit / darauff sich seine Klage gründet / vermöge der Rechte und der Præsumtionen / so regulariter jeglichen Hauswirthes darinnen zu statten kommen / vor allen dingen bezubringen verbunden. Weil denn solches zc. so soll hinführo der Beweis auch in diesen Fall den Kläger zuerkant und aufferleget zc. werden. Ergo in dubio læsus incendio debet probare: quia ejus actio se fundat in culpa parrifamilias pro quo pugnat præsumptio diligentiae Dec. 80. ib. **Darauff sich den** / quam rationem citavit Rauchb. c. l. n. 52. An vero hac Dec. 80. abrogata præsumptio Legis civilis desumpta **z. L. 3. §. 1. ff. de Off. Præf. Vig. Decis. 79. & 80. agitur sine dubio de** ci-

civili actione. Den Schaden/welchen die Gemeinen oder Nachbarn
oder auch andere daraus empfunden daher zu erstatten 2c. zu Erstat-
tung des Schadens angehalten/belangen/angestrenget/und nach Be-
findung/den abgebrannten Leuthen ihren erlittenen Schaden wieder
zu ersetzen. L. 3. de modò criminaliter vindicandi hoc delictum:
quia de fustigationis pœna concepta, intelligenda, Conf Clarus Pr.
Crim. l. 5. §. fin. quæst. 1. vers. *Ex quorum* add. Carpz. pr. Crim. pt. 3.
quæst. 101. n. 27. seqq. qui exercebatur vel in Processu accusatorio,
qui Jure Romano plerumque obtinebat, vel Inquisitorio. Hujus
existentia in jure Romano probatur L. 13. ff. de off. Præf. L. 1. C. de
Custod. Reor. L. ea quidem C. de Accusat. Nov. 128. c. jubemus: in
hoc processu Inquisitionis ortum incendium efficit præsumptionem
contra inhabitantes, ut judex ex officio possit inquirere, eosq; ur-
gere, ut auctorem incendii nominent. Brunn. ad ff. de off. Præf.
Vig. Hæc verò præsumptio ad fundandam inquisitionem nequit ex-
tendi ad fundandam actionem civilem. Urgetur L. 11. ff. de peric. &
commod. rei vend. ubi de civili negatio agitur. Fachin. lib. 1. cap.
87. elicit, probationem diligentiae excusare Patremf., & hoc argu-
mento esse, ad eam alioquin incendi damnum pertinere propterea,
quod in culpa esse præsumatur, nisi probet diligentiam: sed nego
hanc explicationem & argumentationem L. 11. conf. Rauchb. c. 1. n.
84. Sensus enim est simplex: venditor facta venditione ante tradi-
tionem regulariter præstat dolum & culpam levem. §. 3. J. de Empt.
& vend. quicquid verò sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo
vendedor securus est. verb. L. 11. c. *si venditor eam diligentiam*. descri-
bunt diligentiam ordinariam, cujus omisio gignit levem culpam:
verb. *nihil ad eum*; liberant ab obligatione ad resarciendum damnum
s. actione. Negatur consequentia ducta ab obligatione ad custodien-
dam rem more hominis diligentis, & frugi, ad probationem hujus
diligentiae, nisi velit condemnari: aliàs in omni casu re venditâ per-
emptâ haberet emptor contra venditorem fundatam intentionem,
& in contractibus utilibus utriusque contrahentium probatione dili-
gentiae opus esset reo. Struv. S. J. C. Exerc. 23. th. 96. Non igitur ab-
rogata L. 3. cit. Decif. 79. quæ de civili, non criminali modò con-
cepta, & principaliter de Patrefam. in cujus ædibus ortum incen-
dium, an obligetur vicinis aliisque, qui damnum passi sunt, agit.

QH 7e 842

§. 26. Actor itaque probationes habere debet, L. 4. C. de Ed. & eo non probante absolvitur reus. Doceat v. actor (1) incendium esse ortum culpa lata vel levi inhabitantium Berl. c. l. n. 83. (2) culpam certi & determinati hominis. Henn. Goden. c. l. n. 12, alias succumbit: possunt enim plures in domo existere, quorum negligentia non æquè imputatur patrif., & non deficit jus, sed probatio. per L. 30. ff. de testam. tut. (3) daß er seines Gesindes halben von Nachbarn / oder andern gewarnet / und doch solches nicht abgeschaffet. per Dec. 80. verb. **So soll hinführo** junct. Dec. 79. verb. fin. oder er wäre. in casu quo propter negligentiam famuli agitur. Si cæteris paribus agendum propter mercenarium ineptum, probandum, non esse peritum, neque ab aliis eidem operæ adhibitum, idque scivisse patremf. probatione plenâ deficientê, admittuntur conjecturæ, quæ sint sufficientes, quod relinquitur arbitrio judicis Berl. c. l. n. 89. seqv. Hartm. Pistor. lib. 1. Qv. 18 Joh. Köpp. quæst. 38. Oldenb. de 4. Elem. de ign. §. 36. Nolo extendere, dissertationem, quæ multis aliis posset augeri, nisi & scopus & prolixitas obstarent. Satis habeo delineasse rem Numine favente, cui.

S. S. G.

Nominibus poteram multis laudare, quod æquum est,
Quâ sis doctrinâ, quâ probitate mices,
Ast opus est minimè, doctrinam pagina præfens
Omnibus hæc sistit, Te studiumq; probat.
Hoc rarum specimen me non dicente loquetur
Largam doctrinam, & vera loquetur iis.
Sed sicut nihil est doctrinæ laus, soror adsit
Ni probitas, sic hæc Te insinuare studeas,
Æmulus ac fratris genuinus perpete nisi
Reinecci, fieri, Fautor amande, cupis.
Ipsam miretur dudum cum BRANDIA virtus,
Te nunc miratur, credito, quisq; bonus.
Præstitit officium, Patribus par nobile fratrum,
Doctrinæ cultum doctus uterq; tenet,
Virtutem vestram sic æternabitis ambo,
Vosq; reor summis posse placere Viris.

Gratulabundus scribeb.
PRÆSES.

•••••

W.M.

M.C.



differens, i
 distingvit &
 etatur non e
 tem notare
 specificans
 cum malitia
 habet & tra
 calliditatem
 fitum qvanc
 enim & in f
 tur L. 7. §. 8
 riat rem.
 in legibus R
 hibit, reor.
 nē remotum
 poenæ neqv
 nem efficit
 colligi pote
 absolute de
 illius inten
 intendit im
 officium no
 sic non inte
 verò potera
 121. ff. de R
 §. 3. Ani
 arcē sibi co
 arbitrio sub
 rium Domi
 surali & à ju
 versatur cir
 univers. L. 1.
 bis tribus co
 mentale, ser
 zia physica E
 vel in se vel i

no, qui delicta
 voluntas spe
 vam volunta
 Animus hic
 s concrescens
 gentiam vires
 præcisè infert
 malum propo
 lædit. Dolus
 issum peragi
 olum non va
 rissimè enim
 custod. & ex
 d factum pla
 titiam, neque
 nam & actio
 ff. commod.
 us sibi servat
 vi dolosè agit
 tum, seu ille
 versatur circa
 m infertur &
 entiâ suâ, qvia
 gatur conf. L.
 transit ad alia
 animū, patris
 sortitur impe
 & à jure na
 estringitur &
 Elem. Jurispr.
 alis essentia in
 lterum funda
 physicus poten
 i, quem homo
 linationes po
 sen-

